



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1847**

IV. Bischof Heinrich von Brandenburg gründet bei dem Domcapitel daselbst einige Seelmessen durch Abtretung von Besitzungen im Lande Löwenberg, am 13. Jan. 1277.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54581](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54581)

III. Die Markgrafen Johann, Otto und Conrad übertragen die Lehnherrlichkeit über die von Kerkow'schen Besitzungen Teschendorf, Neuendorf, Kerkow und den neuen Hof im Luche Beechhorst dem Bischofe Heinrich von Brandenburg, am 16. Sept. 1271.

In nomine Domini amen. Johannes, Otto et Conradus Dei gratia Marchiones Brandenburgenses, omnibus in perpetuum. Ne ea que coram nobis aguntur a memoria excidant, que res est fragilis, consuevimus ea litterarum testimoniis eternare. Recognoscimus igitur et litteris presentibus protestamur, quod nos Domino Henrico Brandenburgensis ecclesie Episcopo suisque successoribus villas infra scriptas, videlicet Teskendorp, Kerkow, Niendorp, insuper novam curiam sitam in palude que dicitur Befyhorst, cum earundem villarum terminis, distinctionibus, aquis, aquarum decursibus, pascuis, lignis, mericis, viis et inviis, advocatiis, contulimus pleno jure perpetuo possidendas, quemadmodum Dominus Georgius et Theodericus fratres milites dicti de Kerkow et eorundem progenitores a nobis, de dictis bonis inphodatis hactenus possederunt, nihil juris in supradictis omnibus retinendo, proprietatem vero omnium supradictorum, ut universa et singula ecclesie Brandenburgensi permaneant salva, Domino Henrico Episcopo suisque successoribus eodem modo assignantes, et ipsum nomine sue ecclesie per nuncium in possessionem prelibatorum bonorum induci fecimus corporalem. Ne autem hoc factum in posterum aut oblivio aut importunitas malignantium infringat, presentem paginam inde conscriptam sigillorum nostrorum appensionibus iustimus communiri, adhibitis nihilominus testibus idoneis videlicet Anselmo de Blanckenboreh, Barthramo de Beenze, Gerharo de Buchzenboreh, Georgio de Kerkov et aliis quam pluribus militibus. Datum Brandenburg Anno Dni. Milleesimo CC°. LXXI. XVI Kalendas Octobris.

Gerden's Stiftsbijl. S. 725.

IV. Bischof Heinrich von Brandenburg gründet bei dem Domcapitel daselbst einige Seelmessen durch Abtretung von Besitzungen im Lande Löwenberg, am 13. Jan. 1277.

Henricus, dei gratia Brandenburgensis episcopus, universis presens scriptum intuentibus, salutem in eo, qui est omnium vita et salus. Varietates temporum et multitudo tractuum hominum infirmant memoriam, ideoque necesse est, ut adjuvetur voce testium et testimonio litterarum, Si de his aliqua que aguntur debeat oblivio, recursus ad scripture testimonium habeatur. Proinde notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod conventui cathedralis ecclesie Brandenburgensis, cui favente domino presidemus, in censu ville Niendorp in territorio Lewenberg site, quinque talenta in festo beati Martini danda, nec non in villa Kerkowe similiter quinque talenta annuatim in festo purificationis persolvenda pure et simpliciter contulimus propter dominum statuentes, ut canonicis Brandenburgensis ecclesie de summa antedicta in duobus anniversariis venerabilium patrum, videlicet domini Rutgeri episcopi, XV solidi ac domini Ottonis episcopi, similiter XV solidi, pie memorie predecessorum nostrorum in servitio tribuantur, ut memoria eorundem in vigiliis dicendis et missis celebrandis eo sollennius peragatur. Ceterum decrevimus, ut in uno talento pro commemoratione nostra ita duntaxat, cum conditor omnium animam nostram de presenti corpusculo migrare disposuerit, in anni-

verfariis fingulis hūsdem canonicis ministretur. Preterea ita duximus providendum, ut de summa prelibata in festo beate Catharine virginis ac martyris XV solidi et in festo decollationis sancti Johannis baptiste tantūdem ipsi conventui tribuantur pro servitio. Historia vero de sancta Catherina, que sic incipit: Virginis eximie, historiam vero de sancto Johanne baptista, que sic incipit: Verba viri sapientis, conventus in supradictis festivitibus cantabit sollenniter et devote. Residuam vero summam usibus personarum in ecclesia cathedrali degentium et sub ordine sancti Augustini et regula famulantium Jesu Christo, quoad consolationem majorem et specialem ipsis in refectorio faciendam, videlicet unum talentum in adventu domini et duo talenta in quadragesima similiter decernimus applicanda. Insuper residua tria talenta sic discernimus distinguenda: videlicet in anniversario Margarete matris nostre, qui erit in vigilia undecim milium virginum X solidi, in anniversario Conradi, fratris nostri qui erit in die Otmar abbatis X solidi, in anniversario Theoderici militis, patris nostri, qui erit Neres et Achilles, X solidi; in anniversario Friderici, fratris nostri, qui in die Viti et Modesti, X solidi, in anniversario patris nostri Conradi, X solidi. Insuper cum ex ordinatione divina Ottonem, fratrem nostrum, carnis debitum exsolvere contigerit, in ejusdem anniversario similiter X solidi hūsdem canonicis, ut eo devotius supradictorum defunctorum commemorationem in vigiliis et missarum celebrationibus peragant, consolationis loco tribuantur. Ut igitur hec donatio canonicis nostre ecclesie in perpetuum stabilis perseveret, ac etiam ut fiat ipsis, quoad temporale subsidium fructuosa, presentem paginam conscribi fecimus et eandem sigilli nostri munimine capitulo nostro dari iussimus roboratam, adhibitis nihilominus testibus idoneis, quorum nomina sunt hec: Lambertus et Petrus, prepositi Brandenburgenses, Johannes prior, dictus Grobbo, Theodericus, plebanus veteris civitatis, Ludovicus, vice prepositus in Berlin, Hildebrandus, canonicus Cozwicenfis, magister Walterus, plebanus in Segesere, Sifridus, curie nostre cappellanus, Hildebrandus, curie nostre notarius, et alii quam plures. Actum et datum Magdeburg, anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXVII. idus Januarii, pontificatus nostri anno XIII.

Nach dem alten Copialbuche des Brandenburger Stiffts-Archives. Abschrift von Hefster.

#### V. Die Markgrafen Otto und Conrad versprechen dem Bischofe von Brandenburg Sicherheit gegen Beeinträchtigungen im Lande Löwenberg, am 5. März 1289.

Omnibus in Christo fidelibus presentes literas auditoris. Otto et Conradus, dei gratia marchiones Brandenburgenses, salutem in omnium salvatore. Recognoscimus et presentibus evidentius protestamur, quod cum venerabili patre domino Heidenrico, Brandenburgensi episcopo, super vexationibus repellendis ac injuriosis ammonitionibus quorundam malorum hominum pariter ammovendis quibus ipse dominus episcopus sui que subditi continue fatigantur, placitavimus in hunc modum: videlicet dictum dominum episcopum suosque successores et ecclesiam Brandeburgensem debemus eripere ab impetitione filiorum Redingi militis, ita quod omni penitus renuntient actioni. Item privilegia, a nobis data et a patre nostro ac patruo nostro similiter, super bonis ecclesie et libertatibus observabimus in territorio Lewenberch in integrum et ex toto. Similiter alia privilegia, postmodum a nobis data super bonis in Lewenberch et villis adjacentibus et super terminorum limitibus et de lignis etiam